Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



illum minus. Dixit ad nathan
viuit dominus quoniam filius
mortis est uir qui fecit hoc opus
reddet in quadruplum eo quod
fecerit ubum istud. & no pepcit
primo suo pauperi. Dixit nathan
ad dauid. recte iudicasti. tu es u-
ir qui fecisti hanc rem. h dic
dominus deus isrl. Ego unxi te i
regem super isrl. & ego eruit te de ma
nu saul. & dedi tibi domum domi
tui. & uxores domini tui in sinu tuo
dedi. & tibi domum isrl. & iuda. & si
pusilla sunt tibi ista adiciam tibi multo
maiora. quare ergo contempsisti
uerbum domini ut faceres malum
in conspectu meo. Vriam etheum
percussisti gladio et uxorem illius tu
accepisti in uxorem. & interfecisti eum
gladio filiorum ammon quam obre
no recedet gladius de domo tua usq
in sempiternum eo quod despexis me
et tuleris uxorem urie ethei ut esset
uxor tua. itaque hec dicit dominus
Ecce ego suscitabo super te malum
de domo tua. et tollam uxores tuas
in oculis tuis. & dabo proximo tuo.
et dormiet cum uxoribus tuis in
oculis tuis solis huius. tu enim feci
sti abscondita. ego uero faciam ubum
istud in conspectu omnis isrl. et in
conspectu solis huius. Et dixit dd
ad nathan. peccaui domino. dixit
que nathan ad dauid. Dominus
transtulit peccatum tuum non mo
rieris. Verumtamen quia blasphema
re fecisti inimicos nomen domini
propter ubum hoc. filius qui natus
est tibi morietur morte. Et reuer
sus est nathan in domum suam.
percussit que dominus puerum quem
pepperat uxor urie de dauid. & desperatus est. Deprecatus que est dominum pro
puero. & ieiunauit dauid ieiunio
et ingressus secretum iacuit super
terram. Venerunt autem seniores domi
eius cogentes eum ut surgeret de
terra qui noluit neque comedit cum eis
cibum. Accidit autem die septima ut
moreretur infans timuerunt que ser
ui dauid nunciare ei quod mortuus
esset puerulus. dicebant enim. ecce cum
puerulus adhuc uiueret loquebamur
ad eum. & non audiebat uocem nostram
quanto magis si dicimus mortuus est
puer et afflieret. Cum ergo audisset
dauid seruos suos insusurantes. intel
quod mortuus esset puer. dixit que ad
seruos suos. numquid mortuus est in
fantulus. Qui responderunt ei. mor
tuus hic est. surrexerit igitur dauid
de terra. & lotus unctus que est. mutauit que
uestem ingressus est domum
domini. & adorauit. & uenit in domum
suam. petiuit que ut proponerent ei panes
& comedit. Dixerunt autem ei seru
i. quis est sermo quod fecisti propter infan
tem dum adhuc uiueret. ieiunasti
& flebasti. mortuo autem puero come
disti panem. & surrexisti. Qui ait pro
infantem dum adhuc uiueret flebam
et ieiunabam dicebam enim. quis scit
si forte donet eum mihi dominus
& uiuat infans. nunc autem que mortuus
est. quare ieiunem. numquid potero reuo
care eum amplius. ego uadam ad
eum ille uero non reuertetur ad me.
Et consolatus est bersabee uxorem
suam. ingressus que est ad eam dor
miuit que cum ea. que genuit filium